Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Deutsches Gebet- und Andachtsbuch - Cod. Wonnenthal 14

Wonnental (?), [um 1491-1493]

Mariengebet

urn:nbn:de:bsz:31-29334

Visual Library

est: ut sciam quid desit mihi Fac mecum
signum in bono ut videat qui oderunt me et
confundantur: quoniam tu domine adiuvisti me et
consolatus es me Dirupisti vincula mea.
tibi sacrificabo hostiam laudis et nomen domini
invocabo Periit fuga a me: et non est qui re-
quirat animam meam Clamavi ad te domine
dixi tu es spes mea: porcio mea in terra
viventium oracio dicenda post hos versus

Omnipotens eterne deus: qui ezechie
regi iude te cum lacrimis suplicanti deprecanti
vite spacium prorogasti: concede mihi indigne
famule tue ante diem mortis mee tantum vite
spacium quo ad mensuram: ut omnia peccata mea
valeam deplorare et veniam ac graciam secundum
misericordiam tuam consequi merear per christum
dominum nostrum amen

Mater digna dei: venie via: porta diei
Sis tutela rei: duxque comesque mei
Nata dei: miserere mei: lux alma diei
Digna celi: regina poli: me linquere noli
Me tibi virgo pia: genitrix commendo maria